



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

25. An percutientes Clericum ex ignorantia incurrant in censuram? Et quid,
si ignorantia sit inuincibilis, & quid, si sit vincibilis? Sed maior difficultas
est ignorantia crassa, seu supina, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Ob Clerici percussione. Ref. XXIV. &c. 139

quatuor debent copulativè concurrere. Primum, vt teneatur ex officio, vt est Officialis erga subditos, pater erga filios, dominus erga servos, & similes. Nauar. cap. 24. n. 12. Secundum, vt possint impedire sine iactura, vel periculo vitæ, honoris aut bonorum. Tertium, vt possint commodè impedire: nam non dicimus posse aliquid fieri, nisi commodè fieri possit: leg. Nepos Proculo, ff. de verb. signific. Quartum, vt offensio Clerici sit manifestè iniusta illi Superiori, aliàs non teneatur, Nauar. cap. 24. n. 19. & alij.

RESOL. XXIV.

An Heluetij arcenses turbam, dum Pontifex, vel alius Princeps egreditur, si percutiant Clericum, incidant in censuram?

Et quid tamen, si id facerent animo maligno ex proposito, scilicet intendentes Clericum verberare sine sufficienti necessitate? Ex p. 9. tract. 4. Ref. 20.

autem ignorantia purè vincibilis non est neque crassa, nec supina, ergo. Dices, si licet, quod mortaliter peccet quis in ea ignorantia, vt incurrat censuram. Respondetur ex supradictis, non quodlibet peccatum mortale sufficere ad incurrendam censuram; sed requiri peccatum mortale, quod habeat rationem contumaciæ, ex eo, quod censura sit ultimum remedium contra contumaces: sed qui facit aliquam diligentiam, licet non moraliter sufficientem, etsi peccet mortaliter, non tamen potest dici contumax: ergo neque pervenit ad hunc statum, vt possit incurere pœnam istam, quæ imponitur cõtra contumaces. Hæc conclusio est contra Suarez tom. 5. disp. 4. sect. 6. n. 10 qui defendit, quod eo ipso, quod ignorantia est vincibilis moraliter, non potest excusare à censura, & vt refert, & sequitur Filiuc. tr. 1. n. 273. ait, contrariam opinionem non esse practicè probabilem: quia unum habet Authorem Lopez, qui non movetur urgente fundamento; sed ex quadam pietate ad evitanda animarum pericula. Sed fallitur, vt patet ex aliis Authoribus, quos allegat, & sequitur Duardus lib. 1. in Bullam Cœne, cap. 2. q. 1. n. 5. contrariam quoque probabiliorē asserit Coninch disp. 13. n. 95. & eam probat Alterius lib. 3. disp. 2. c. 3. ad finem. Vnde ex hac conclusione deducitur pro praxi, quod qui percussit Clericum, dubitans, an sit Clericus, vel contra percussorem Clericorum ferri de iure censuram; excusari, si fecit aliquam diligentiam ad vincendum dictum dubium juris, vel facti, licet non moraliter sufficientem pro qualitate rei.

3. Sed maior difficultas est de ignorantia crassa, & supina culpabili mortaliter: & ista etiam excusat ab incurfione censuræ, quando censura est lata contra præsumentes, vel audentes facere, vel omittere aliquid, seu contra scienter, vel ausu temerario aliquid facientes. Et procedit ista conclusio, vt sit vera, non solum, ubi talis ignorantia est ignorantia juris; sed etiam ubi est ignorantia facti. Ampliatur secundò, etiam, ubi quis daret operam rei illicitæ. Ampliatur tertio, etiam si talis ignorantia fuerit affectata. Ratio est: quia, licet ignorantia affectata procedat ex dolo, & temeritate, tamen verè talem dolum, & temeritatem in hoc casu præsupponitur non esse circa excommunicationem, vel aliam censuram, sed circa ignorantiam ipsam, quod sufficit ad non incurredam censuram hoc modo latam. Vnde, quando adversarij dicunt, quod ignorantia affectata æquiparatur scientiæ, intelligitur quoad incurrendam culpam, non autem quoad incurrendam censuram latam hoc modo.

4. Et tandem difficultas est de ignorantia concomitante. Et ad hanc difficultatem respondet Leone, quod ignorantia cõcomitans, siue juris, siue facti, excusat ab incurrendis censuris. Ratio est: quia excommunicatio est posita cõtra contumaciæ efficacem, & absolutam; sed ista ignorantia concomitans excludit dictam contumaciæ efficacem, & absolutam, & tantum inducit contumaciæ conditionalem: ergo non sufficit ad incurrendam censuram. Est contra Covarr. in cap. Alma mater, p. 1. §. 10. n. 15. qui simpliciter affirmat, talem ignorantiam, quando est facti, non excusare à censuris: quam opinionem dicit falsam Hurtado de censur. in communi n. 9. & est contra Sayrum, & Grassi apud Duardum lib. 2. in Bullam Cœne, can. 1. q. 3. 8. n. 8. qui distinguunt de censura lata simpliciter, & lata contra præsumentes, &c. aliquid facere, vel scienter, &c. aliquid facientes: primo casu affirmant incurri censuram, non autem secundo casu. Vnde, quia isti Authores putant in Canonè, Si quis suadente, per dicta verba non exigi præsumptionem, asserunt talem, occidendo Clericum, quem credit esse laicum, cum eo animo, vt etià percuteret, si esset Clericus, non incurere dictam excommunicationem. Addunt tamen, contrarium debere concludi in eo casu, ubi quis promeret actum hoc

in Ref. 5. Quia, ante med. vett. Secundo excusatur, & inf. in tr. 2. Ref. 6. & in rom. 6. tr. 1. Ref. 38. & in rom. 7. tr. 1. Ref. 19. §. vlt. & in Ref. 212. §. 1. ad med.

Sup. hoc sup. in tr. 1. Ref. 36. §. vlt. & in cæteris alijs ejus annotationibus.

in hoc quod quidam dicunt, quod si quis incertus sit, an sit Clericus, non incurrit censuram, nisi sit certus, quod sit Clericus.

RESOL. XXV.

An percutientes Clericum ex ignorantia incurrant in censuram?

Et quid, si ignorantia sit invincibilis? & quid si sit vincibilis?

Secundum difficultas est de ignorantia crassa, seu supina, & affectata, licet ignorantia affectata procedat ex dolo, & temeritate?

Difficultas adhuc superest de ignorantia concomitante siue juris, siue facti?

Et in textu hujus Resolutionis adducuntur alij diversi casus in exemplum supradictarum questionum. Ex p. 9. tract. 4. Ref. 42.

§. 1. Difficilis quæstio. Et si ignorantia est invincibilis, non est dubium tales percutientes in censuram non incidere. Dubium est, quando ignorantia est vincibilis, quæ potest esse inculpabilis, & culpabilis: item ista, (scilicet, culpabilis, de qua hic præcipue quæritur,) est triplex, purè vincibilis, crassa, seu supina, & affectata. Ignorantia purè vincibilis est, quando quis, cum audisset, vel dubitasset de censura juris, vel facti, adhibuit diligentiam, sed non moraliter necessariam pro qualitate rei. Crassa, seu supina, quando modicam, aut nullam diligentiam adhibuit; tamen ex tardio & pigritia: Affectata, quando illam diligentiam non adhibuit ex malitia, ad liberius peccandum. Hoc supposito, dico primò. Posito, quod ignorantia purè vincibilis possit esse mortaliter culpabilis, illa excusat ab incurfu censuræ. Ita Sanchez lib. 9. de matr. p. 3. §. 2. n. 31. & lib. 1. Summa, cap. 10. n. 7. & me citato Leone de cen. collect. 1. n. 367. Probatur ex cap. 2. de Conf. in 6. ubi habetur, ignorantiam excusare in censuris, dummodo non sit, neque crassa, neque supina. Ista

RESOL. XXVI.

An mandantes, cōsules, seu precibus, & promissis incitante, consentientes, & ratum habentes, & auxiliantes praebentes ad percussendum Clericum, incendant in censuram? Et quid est dicendum, si mandatum non sit expressum, sed tacitum?

Et utrum vero mandans incurrat censuram, si mandarius excesserit fines mandati, ut quia mandati tantum verberare Clericum, & mandarius illum vulneravit? Et quid, si quis mandaret, ut tantum inferatur Clerico injuria verbalis, & mandarius excesserit faciendū illi injuriam personalem?

Et notatur, quod licet, si aliquis non mandat, vel consula percussorem Clerici expressē, dicit tamen coram suis amicis, vel familiaribus se desiderare vindictam de tali Clerico, si postea sui moti his verbis percussit, iste incurrit excommunicationem, unde et iste sit liber ab excommunicatione debet affirmare se non dicere eo animo, ut percussit, & quod non desideret, ut ipse percussit. Etiamque advertitur ratam habentem percussorem Clerici, etiam post factum incurrit in censuram Canonis, ad quod requiruntur tria, quae explanantur in ultimo hujus Resolutionis. Ex part. 9. tract. 4. Resol. 14.

§. 1. **R**esp. quod quamvis illi, qui sola auctoritate, mandato, ratihabitione, aut quia consensum praestant, seu non obstant, vel quia auxilium, consilium, vel favorem violentiae tribuunt, per se violentas manus in jicere non dicantur, & propterea non videantur excommunicari ab hoc Canone, cuius censura fertur contra solos injicientes violentas manus in Clericos, vel Monachos: tamen ex aliis capitulis Juris hae excomm. extenditur ad mandantes, seu precibus, & promissis incitantes ad praedictam offensionem. Vnde habetur cap. *Mulieres*, §. *illi de sen. excomm.* Item, ad consentientes cap. *Quante*, 47. de *sen. excomm.* Item ad ratam habentes offensionem suo nomine factam cap. *Cum quis de sen. excomm.* Et licet in nullo textu reperitur expressum, consules, auxilium praebentes hae excommunicatione innodari; nihilominus Doctores communiter sub consentientibus eos comprehendunt. Satis enim consentit operi, qui illud consultat, & jussu executioni auxilium praebet. Quinimodo in d. cap. *Quante*, solum sermo fit de consentientibus istis, qui manus violentas in Rectores Ecclesiae injiciunt: at communis sententia extendit ad consentientes percussioni cuiusvis Clerici, vel Monachi. Itaque mandans, consulens, & favens Clerici percussioni hae excommunicatione innodatur, dummodo percussio subsequatur, subsecutaque fuerit ex vi mandati, consilii, vel favoris, quia hae actiones tanquam accessoriae prohibentur. Vnde cessante actione principali, scilicet, percussione, accessoriae non puniuntur. Ex alia parte, cum solum puniatur, qui actionem principalem causant, necessarium requisitum est, ut ex vi illarum actio principalis subsequatur: sicut docet Molina *trati. 3. disp. 5. n. 2. 8. & 9.* Navar. c. 27. n. 5. Coninch *disp. 14. dub. 15. n. 175.* & colligitur ex cap. *Mulieres de sen. excomm. ibi: Quia is committit verē casus auctoritate, vel mandato delictum committi probatur.* Requiritur ergo mandatum: & idem est de consilio, & favore, casum esse delicti. Et quidem nisi de contrario constet, id semper praesumendum est, ut bene notavit Coninch *supra*.

2. Sed, quid dicendum, si mandatum non sit expressum, sed tacitum: ut, si quis, cum fuerit offensus ab aliquo Clerico, diceret coram amicis, vel familiaribus, se desiderare vindictam de tali injuria, praevidens, aut praevidere debens, inde eos fore excitandos ad eum percussendum, aut incurrat etiam ipse in hanc censuram, sequuta illius Clerici percussione? Dico incurtere, arg. *textum in c. pen. de homicin. 6. & sic docet Squil. de priv. Clerici.*

alio modo: Volo nunc occidere illum feram, vel illum laicum: & si Clericus est, etiam volo eum occidere. Si enim talis de facto, ut ipsi aiunt, occideret Clericum, omni dubio procul esset excommunicatus: hoc enim casu non esset ignorantia concomitans, quia istius voluntas non est condicionalis, sed absoluta, & per consequens tam actus internus, quam externus, esset sacrilegus; quod non contingit in primo casu, in quo licet actus internus, scilicet, volendi occidere aliquem, etiam si sit Clericus, seu peccatum internum sit peccatum sacrilegii, tamen actus externus non est sacrilegus; & per consequens peccatum internum tantum erit peccatum sacrilegii, ob quod peccatum non potest incurri censura. Et haec omnia docet P. Leone, *ubi supra*, sed iterum postea docet in terminis loquendo de percussione Clericorum, in *recollet. 5. n. 75. & seq.*

§. Sed confirmantur multa ex supradictis à Villalobos in *Sum. tom. 1. tract. 17. diff. 22. n. 3.* ubi sic ait: [El segundo caso es, del que le hiere con ignorancia probable, no sabiendo que es Clerigo, como dize en capitulo de Derecho. Mas bastaria para esto, si lo hiziesse por culpa lata, o ignorancia crassa, como tienen Covarruvias in cap. *Alma mater*, 1. p. §. 10. n. 16. Thomas Sanchez de *matr. lib. 9. disp. 32. n. 41.* con otros; por que aquella palabra, *Suadente Diabolo*, solo escusa la permission licita aunque Abad cap. 2. n. 6. de *Constit.* Alexandro de Nevo ibi, n. 49. Sylvester, *verb. Ignorantia disp. 4. & verb. Excommuni. 6. §. 6.* dicen, que se escusa el que ignora que es Clerigo, con ignorancia crassa, y culpa lata.] Ita ille. Et idem de ignorantia affectata dicendum esse patet Leone *ubi supra*, n. 180. Et, ut verum fatear, magis probabiliter ignorantiam crassam, & supinam, & à fortiori affectatam non excusare à censura tenent aliqui; & ideo Garcias in *Summa moralis*, tract. 1. d. 11. c. 3. dub. 1. punct. 4. n. 32. sic ait [La mayor dificultad está en la ignorancia vincible o culpable, acerca de la qual ay varias opiniones: lo mas probable es, que la ignorancia crassa, o supina, que es quando uno deve salir de duda, y no quiere hazer diligencias para ello, ni prevenirlo, y à fortiori la affectada, que es quando uno à drede no quiere salir de la duda por pecar mas libremente, que no escusan: pero fuera destas ignorancias, la vincible puramente escusara de la censura.] Ita ille.

6. Vnde ex his omnibus apparet, ignorantiam aliquando excusare ab incurfu hujus censuræ; quod à fortiori patet, si Clericum percussit, arbitratus est esse laicum, quia Habitum, & Tonsuram non gestavit. Alioquin, si allegatio ignorantiae dubia sit, allegas eam juramento in foro externo confirmare cogitur, cap. *Si vero de sen. excomm.* Ceterum, si quis existimet esse Ioannem Clericum, quem percussit, cum sit Clericus Iacobus, censuram excommunicationis non effugiet, sicut recte adnotavit Covarr. in cap. *Alma mater* part. 1. §. 10. n. 15. argum. 1. *Enum. qui §. Si injuria mihi ff. de injuria*, ubi dicitur: Si injuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, aut qui puter me esse Lucium, cum sim Caius, injuriarum mihi actionem competere. Qua de re videri potest Molina *trati. 3. disp. 30.* Contra verò dicendum, si quis

* volens percutere hunc Clericum, ab eo aberret, & casu, sive praeter intentionem percussit alterum Clericum proxime astantem: talis enim excommunicationem non incurrit, sicut recte docet Suarez *disp. 22. sect. 2. n. 54.* Coninch *disp. 14. dub. 15. n. 197.* Ratio discriminis est: quia in priori casu voluntarie percussit hominem, quem scit Clericum esse, in quo tota ratio consistit, ob quam Canonis excommunicatio lata est: in posteriori autem casu voluntarie percussit hominem quem scit esse Clericum: siquidem, ut ponimus, à Clerici volita percussione aberravit: alium autem hominem, qui forte adstabat, & Clericus erat, praeter intentionem, ac involuntarie percussit.

Sup hac ignorantia crassa, lata, supina, & affectata sup. in tr. 1. ref. 36 per tot. & in aliis ejus annot.

Sup. hoc juramento sup. in tr. 1. r. f. 6. lae in §. Confirmatur hac, &c. Et pro contento à lin. 7. hujus §. in ref. 2. not. seq. &c.

* Sup. hoc in rom. 8. tr. 5. ref. 91. & Et tandē, & hic inf. in Ref. 35. §. 2. ante medium, à vers. Confirmatur argumento.